Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs secvndi scena sexta

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

ACTVS SECVNDI SCENA SEXTA.

SENARII.

DAVVS ſeruus, SIMO ſenex.

Hic nunc me credit aliquã ſibi fallaciam
Portare,& ea me hæc reſtitiſſe gratia.
Quid Dauus narrat? Da, æque quidquã
nunc quidem.
Si. Nihil ne? hem. DA. Nihil prorſus
Si. atqui expectabam quidem.
DA. Præter ſpem euenit, ſentio. hoc
male habet virum.
Si. Potin es mihi verum dicere? DA.
nihil facilius.
Si. Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt
nuptiæ.
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinẽ?
DA. nihil hercle. aut ſi adeo bidui eſt
aut tridui.
Hæc ſolicitudo, noſtin? deinde deſinet.
Etenim eã ſecũ rem recta reputauit via.
Si. Laudo. DA. dum licitũ eſt ẽi dumq;
ætas tulit,
Amauit: tum id clam. cauit, ne vnquã
infamiæ.

Ea res

Ea res ſibi eſſet vt virum fortem decet.
Nunc vxore opus eſt.animum ad vxo-
rem adpulit.
Si.ſubtriſtis viſu eſt eſſe aliquantulum
mihi.
DA.Nihil propter hanc rem.ſed eſt,
quod ſuccenſet tibi.
Si.quid nam eſt?DA.puerile eſt.Si.
quid? nihil eſt.Si.quin dic,quid eſt.
DA.Ait nimium parce facere ſumptum.
Si.mene?DA.te.
Vix inquit dragmis obſonatꝰ eſt decẽ.
Num filio videtur vxorem dare.
Quem inquit vocabo ad cœnam
meorum æqualium
Potiſsimum nunc? & quod dicendum
hic ſiet,
Tu quoq; perparce nimium.non
laudo.Si.tace.
Da.Commoui.Si.ego iſthæc recte
vt fiant,videro.
Quid nam hoc rei eſt? quid hic vol-
veterator ſibi?
Nam ſi hic mali eſt quidquam,hem
illhic eſt huic rei caput.